



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. III. Alius modus respondendi ad loca Scripturæ pro Scientiâ Media.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

eorum humiliasset: & Joan. 8. v. 19. Si me scieris, forsitan & Patrem meum scieris, &c.

XVI.
Vox fortè, quando ab homine profertur, dubitationem denotat, non quando profertur à Deo.

Tertiò dico: licet vox fortè esset particula dubitationis, servanda tamen, ut bene notat hac in parte Suarez, regula S. Augustini, qui Tract. 37. in Joannem sic scribit: *Forstian dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia ne scientie: cum verò dicitur à Deo verbum dubitationis, cum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur Divinitas.* Cui hac in re consentit S. Chrysostomus, S. Hieronymus, Theodoretus, S. Gregorius, & alii Patres, qui universim asserunt, particulam illam fortè prolatam à Deo, nullam dubitationem importare, sed nostri arbitrii libertatem, vocemque illam adjungi ut denotetur certissimam Dei præscientiam effectus futuri, libertati nostræ non officere. Verba S. Hieronymi cap. 26. Jeremiæ in illum versum, *Noli subtrahere sermonem, si fortè audiant*, sic se habent: *Verbum ambiguum forsitan Majestati Divine non potest convenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum hominis servet arbitrium.*

Cur Deus hac voce forsitan interduum usatur.

cà Tyrios & Sidonios. Sive ergo reprehensiones fiant ob majora peccata, sive quòd minus inspirationibus à Deo immissis sint cooperati, non defuisset ipsis excusatio si hanc adversariorum sententiam calluissent, causamque in hoc decretum re-fudissent, vel scilicet quòd habuerit illud Deus circa actus eorum pravos, quos proinde vitare non potuerint, vel quòd illud circa illorum actus bonos, atque ad divinæ vocationi respondendum, non habuerit, sicque mirum non esse, quòd ei non responderint. Verti ergo iis vitio non potuit, quòd non fuerint conversi, sicut conversi fuissent Tyrii, cum eadem, quæ illi, media ad conversionem conducentia non habuissent.

Culpam in hoc decreto conjecit.

Dices: idem sequi in nostrâ sententiâ, & eodem modo reprehensiones reddi inanes: respondere enim potuissent Judæi, ideo credituros fuisse, & penitentiam acturos Tyrios & Sidonios, quia habuissent auxilium congruum, & efficac, quod etiam fecissent ipsi, si similiter ejusmodi iis auxilium datum fuisset. Sed contrâ: ut enim auxilium sit congruum & efficac, pendet à nostrâ voluntate, & cooperatione. Reprehensione ergo digni erant, quòd si eadem signa apud Tyrios & Sidonios exhibita fuissent, quæ apud Judæos, & occasione illorum similes in iis cogitationes bonæ & motiones excitatæ, illi cooperati iis fuissent, & reddidissent congruas; quòd ergo hoc non fecerint, jure reprehenduntur, & coarguntur exemplo Tyriorum.

V. Aliud hæc in parte de decreto, aliud de auxilio congruo.

Præterea, non reprehendit Judæos Christus quòd posuerint impedimenta hujus decreti, sed quòd non crediderint: ergo habebant omnia ad credendum requisita, non minus quàm Sidonii: Bene tamen infert Christus, tolerabilius fore in die judicii Tyriis & Sidoniis, quàm Judæis: cum enim credituri fuissent illi, si tot apud illos parata fuissent signa, quot apud Judæos, indicio est eorum infidelitatem fuisse magis excusabilem, & minus obstinationis habuisse admixtum, sicque non ita grave fuisse peccatum, & mitius puniendam, quàm infidelitatem Judæorum.

VI. Omnia ad credendum, & agenda penitentiam necessaria habebat Corazai.

Tandem, quod supra insinuavi, decretum hoc vim infert voluntati, cum, illo posito, (ut autem ponatur, vel non ponatur, non est in nostrâ potestate) non possit non sequi effectus, & consequenter voluntas per illud est antecedenter ad talem actum à Deo determinata, sicque eum liberè elicere non potest.

VII. Hujusmodi decretum vim infert voluntati.

Hoc decretum latè impugnat P. Suarez Proleg. illo 2. cap. 8. & nervosè refutat P. Erice cap. 7. ostendens esse ipsissimam doctrinam hæreticorum nostri temporis. Certè Calvinus, ut referunt auctores gravissimi, qui Controversias hac ætate contrâ Hæreticos scripserunt, non aliâ ratione Deum asserbat, quæ futura sunt, prævidere, nisi quia, ut ita fierent, decrevit; idcirco autem decrevisse ait, quia voluit. Idem docet lib. 3. Institut. cap. 23. §. 7. ut refert Bellarminus sect. 2. de Amissione Grat. cap. 3. Cum enim ibidem dixisset Calvinus, decrevisse Deum ut Adam periret per peccatum, antequam decerneret eum condere, hocque refundendum esse in solum divinæ voluntatis arbitrium, tandem sibi objiciens, horribile videri ejusmodi decretum, sic respondet: *Decretum quidem horribile fateor: inspicari tamen nemo potest, quin præcaverit Deus, quem exitum esse habiturus homo, antequam ipsam condere, & ideo præcaverit, quia decreto suo sic ordinaverat.* Hæc ille.

VIII. Futura in decretis cognosci, vel non docet Salsarini.

Quale in Deo decretum circa hominem statuit Calvinus.

Quod etiam de aliis hominum peccatis dicunt Calvinistæ communiter, ut videre licet in Beza, & aliis. Unde, non ita pridem Oxonii in Anglia primarius

IX.

SECTIO TERTIA.

Alius modus respondendi ad loca Scripturæ pro scientiâ conditionatâ jam allata.

I.
Dicunt aliqui, Deum certò scire futura conditionata in suo decreto.

His ergo convicti nonnulli, fatentur tandem, negari non posse, quin Deus certò sciat futura conditionata, non tamen, inquit, per scientiam hanc mediam ea novit, sed in suo decreto. Aiunt itaque, habuisse Deum decretum conditionatum, ut Saul descenderet, si David illic maneret, & ut Ceilitæ eum in manus Saulis traderent, casu quo hic eò descendisset.

II.
Nullum decretum est, in quo cognoscantur futura conditionata.

Sed præterquam quòd hujuscemodi decretum tollat libertatem, Dei que bonitate indignum sit hac ratione determinare ad peccatum; vel hoc nomine impugnatur hæc responsio, quòd per eam inanes reddantur reprehensiones Christi, quibus peccata civitatibus illis exprobrabat: respondere enim possent, fore ut in iis circumstantiis Deus circa Tyrios & Sidonios haberet decretum antecedens, quo efficaciter vellet, ut crederent & converterentur, ac relicis peccatis, ad meliorem se frugem recipere; quòd decretum si circa harum civitatum incolas habuisset, dicerent se non minus credituros, & acturos poenitentiam fuisse, quàm Tyrios & Sidonios.

Inanes hæc modo essent Christi reprehensiones.

III.
Asterius ostendit, hæc futura in decreto non cognosci.

Ut ergo reprehensiones istæ alicujus momenti sint, in utrisque poni debent auxilia in actu primo æqualia: sicut enim si majora signa externa fuisset Deus apud Tyrios & Sidonios patraturus, quàm in his civitatibus Judæorum, non esset huic reprehensioni locus: ita nec si illic, & non hic habiturus fuisset decretum efficac de eorum conversione, quòd multo magis influat, & ad conversionem conducit quàm signa externa, utpote quòd infallibiliter cum eâ est connexum. Habe ergo, inquit, hujusmodi circa nos decretum, & non minus convertemur quàm Sidonii.

IV.
Quid excusationis loco obtendere possent Corazaitæ, cur non sint conversi?

Quòd si ipsis dicatur, ideo circa eos non esse habitum à Deo hoc decretum, quòd plura admisserant peccata, sicque posuerant impedimentum: respondebunt causam cur plura peccata commiserint, esse quòd Deus decretum efficac ad hæc in iis peccata impediendâ non habuerit, sicut habuit cir-

Joannes Pri-
deauxius,
haeticorum
in Anglia
primipilus,
Scientiam
mediam im-
pugnat.

primarius quidam Calvinista sententiam Societatis de scientiâ mediâ impugnans, cum argumentum hoc sibi proposuisset, ductum ex prodictione conditionatâ Ceilitarum, si Saul descendisset: *Respondeo*, inquit, cum Zuimel, & Alvarez, constare quidem ex hoc loco, Deum futura conditionata præcognoscere, sed non eo modo quo volunt Iesuitæ, per scientiam mediâ; quid enim obstat cur non præsciret Ceilitas David tradituros, quia ipse decrevisset ut, postâ tali conditione, talis sequeretur effectus? Et in eandem rem, ulterius sic habet: *Iesuitæ confugiunt ad scientiam Mediâ, &c. nostra contra est unica thesis positiva: non datur talis scientia mediâ, sed Deus infallibiliter præscit liberâ voluntaris determinationes, quia ipse ad hanc vel illam partem ab eterno per decretum immutabile se disposuit.* Sed de hoc satis.

SECTIO QUARTA.

Auctoritate Patrum ostenditur
Scientia Media.

I.
Ex Patribus
affirmant
multi, nul-
lus negat
Scientiam
mediâ.

FUSSISSIME hac de re P. Suarez Proleg. 2. citato, cap. 3. 4. & 5. ubi doctissime ostendit plurimos ex Sanctis Patribus scientiam hanc conditionatam, seu mediâ agnovisse, negasse neminem; quod etiam probat Opusculo de Scientia Dei, lib. 2. cap. 2. Valquez hic, d. 67. cap. 2. Bellarminus lib. 1. de Gratia & lib. arbitrio, cap. 12. Valentia, Ruiz d. 65. & 66. Molina, Arubal, Granado hic, d. 1. sect. 2. & 3. Alarcon tract. 2. de Scientia Dei, d. 4. cap. 5. & optimè Erice d. 7. cap. 4. & 5. Ex infinitis pauca subjiciam.

II.
Mons S. Au-
gustini cir-
ca scientiam
mediâ.

In primis itaque S. Augustinus, tum alibi sæpè, tum in libro de Bono perseverantiæ cap. 9. asserit, ideo nonnullos præmaturâ morte ex hac vitâ à Deo raptos, quia prævidebat, si diutius viverent, fore ut in gravia peccata incidere: *Noterat*, inquit, illos Deus, præsciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita. In hoc ergo loco, aperte alruit in Deo scientiam conditionatam, per quam prævidebat, quid sub conditione essent facturi, si nimirum diutius vixissent. Deinde, eodem loco affirmat, ideo Christum noluisse prioribus sæculis hominibus prædicare, quia sciebat eos nec verbis suis, nec miraculis credituros. Idem passim asserunt S. Prosper, Anselmus, Gregorius, Beda, Cyrillus, & alii, dum quarunt, cur Deus creaverit Angelos, quos sciebat, si crearentur, fore malos; cur Saul ad Regis, Judam ad Apollolatis dignitatem evexerit, cum, si evhererent, illum inobedientem, hunc proditorem futurum, & ambos ob scelera de tam alto gradu deturbatum iri cognosceret, & alia id genus; que aperte indicant, eos scientiam conditionatam in Deo agnovisse.

III.
S. Augusti-
nus & S. Pro-
sper non ne-
gant Scien-
tiam condi-
tionatam.

Contendunt tamen acriter adversarii, hanc scientiam à S. Augustino, & S. Prospero planè fuisse rejectam, quòd in eâ Ariani, Pelagiani, & Semipelagiani errorem suum fundarent. At sanè mirum est, hos Patres, qui tam aperte hanc scientiam variis locis agnoverunt, eam, dum contra hæreticos disputant, rejicere. Resp. itaque, non ipsam scientiam fuisse ab his Patribus rejectam, sed illius abusus. Ariani enim, ut probarent, Christum non esse Filium Dei per naturam, sed per gratiam, eum ad hanc dignitatem assumptum fuisse affirmabant quia Deus præscivit eum melius cæteris acturum, & præcepta Dei non transgressurum. Multi tamen, nec sine maximo fundamento, putant, hæ-

Ariatorum
abusus scien-
tiam condi-
tionatam.

reticos non de conditionatâ, sed absolutâ præscientiâ meritorum absolutè, non tantum conditionatè futurorum, esse locutos.

Sed, ut bene advertit Suarez citatus, cap. 4. fuerint locuti hi hæretici de scientiâ conditionatâ, nun propterea rejicienda est scientia tanto orbis bono detecta ad gravissimas quasque in Theologia difficultates enodandas, & libertatem contra hæreticos defendendam accommodata, tantum in Scripturis, & Patribus fundamentum sortita, denique, omnium penè Theologorum, præterquam in adversariorum Scholâ, autoritate firmata? *Corruptio optimi pessima*: & eodem quis argumento sacram Scripturam rejiciendam putaret, cum hæretici eâ abutantur, & in perverfos ad prava sua dogmata stabilienda sensus detorqueant. Imò & scientiam absolutam meritorum futurorum pari quis ratione rejiciendam existimabit, quòd Pelagiani in eâ errorem suum fundarent, asserentes, ex illâ, ob opera bona naturalia prævisa, homines prædestinari.

IV.
Non ideo re-
jicienda est
scientia me-
diâ, quòd ab
abutantur
hæretici.

Massilienium itaque, seu Semipelagianorum error fuit, homines vocari ad gratiam, & consequenter ad gloriam prædestinari, ob opera, seu merita naturalia, per quæ, quia conabantur viribus naturæ, dicebant, Deum horum operum intuitu conferre gratiam, & hac ratione primam causam prædestinationis, ac salutis initium, & gratiam prævenientem, tribuebant naturæ. Quoad parvulos verò, in quibus nulla omnino erant opera, quosdam asseriebant sine remedio peccati originalis, alios cum illius remedio ex hac vita decedere ratione illius inchoationis & conatus naturalis, quem prævidebat Deus fore ut adhiberent alii, alii non adhiberent, si ad maturiorem ætatem, & rationis usum pervenissent. In quibus mitigabant errorem Pelagii, dicentis, homines meris liberi arbitrii viribus actus quosque meritorios elicere posse, ac per eos vitam æternam adipisci; & ad summum concedebat requiri gratiam excitantem, vel cooperantem ad æternam vitam facilius consequendam; nullam verò gratiam aiebat esse absolutè ad salutis adeptionem, necessariam; nec aliud quidquam ad hoc requiri volebat, præter cognitionem legis.

V.
Semipela-
gianorum
error in Deû
scientiâ ma-
re fundatur.

Quid mirum
parvulos
docebant
Semipela-
giani.

In quo erro-
rem Pelagii
mitigabant
Massilienfes.

Solum ergo rejiciebant Patres scientiam conditionatam ut de eâ malè loquebantur hæretici; quantum scilicet agebant, opera conditionatè prævisa, esse ad meritum sufficientia, & ad beatitudinis adeptionem conducere. Scientiam ergo hanc in Deo agnoscebant, ut supra ostensum est; illius abusum, prout Deo ab hæreticis imputabatur, improbabant.

VI.
Non scien-
tiam condi-
tionatam,
sed illius
abusum im-
probant Pa-
tres.

Objicies, Sanctos Patres, & in particulari S. Augustinum, lib. 1. de Orig. animæ, cap. 12. videri hanc præscientiam conditionatam rejicere: sic enim habet: *Quomodo rectè dicitur præsciri futurum quod non est futurum? quomodo verò puniuntur peccata que nulla sunt? id est, que, nec vitâ istâ nondum incipiente, commissa sunt ante carnem, nec morte præveniente, post carnem.* Resp. primò, loqui Patres de præscientiâ, non conditionatâ, sed absolutâ, ut hic locus ex S. Augustino proximè allatus innuere videtur: nil mirum autem, quòd id absolutè præsciri ut futurum non possit, quòd absolutè futurum non est?

VII.
S. Augusti-
nus loquitur
hic de præ-
scientiâ ab-
solutâ.

Resp. secundò: Si velint Patres negare præscientiam rerum sub conditione futurarum, sumunt præscientiam in sensu strictissimo, ita ut præscientia dicat habitudinem ad rem postea secutoram. Latius itaque secundum hunc rigorosum loquendi modum, patet scientia, quàm præscientia; hæc enim ita est scientia alicujus objecti, ut connotet objectum verè.

VIII.
Præscientia
strictissimi
sumptu, quæ
connotet.